



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor  
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum  
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,  
Coordinatus, Seu Omnes ...**

**Diana, Antonino**

**Lugduni, M. DC. LXXX.**

1. Res. An causa Indulgentiæ non solum debeat esse pia, sed proportionata? Ex p. 5. t. 12. r. 10.
- 

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76369](https://nbn-resolver.de/urn/resolver.pl?urn=urn:nbn:de:hbz:466:1-76369)

vem qualitat ratio finalis, cur suspendantur Indulgencie à Pontifice, in locis vero existentibus in Urbe, non solum non militat, sed deficit dicta ratio finalis suspensionis Indulgenciarum, quia iam Peregrini Romanum petierunt: ergo, &c. Dicendum est igitur, quod illa clausula, ubique locorum, ratione huius Indulgentiae Pontificie restricta est ad omnia loca, scilicet, extra Romanam in qua solemnius fieri celebratio Jubilaei, si non solum ipsum, sed aliae omnes Indulgencias ab incolis, & exteris obtineantur. Et ideo hanc negatiuam sententiam, nempe Indulgencias plenarias Romanas non esse per Bullam Jubilaei sublatas, declaravit Greg. XIIII. ut testatur Quintanaduenias in Append. Inibl. tract. 8. dub. 11. n. 3. & Rodriguez de Inibl. c. 3. p. 2. & pater etiam ex Bullis Sixti IV. & Iulii III. ut testatur Sanctarellus de Inibl. c. 5. dub. 7. & ita declarasse Urbanum VIII. testatur Bonac. de Sacr. paenit. disp. 5. q. 1. punct. 8. n. 2. &

ita tenent communiter Doctores ut Lezana in somma tom. 3. verbo Iniblaum n. 5. qui citat Nauarrum, Gratianum & Bossium, quibus addo Quintanadueniam loco circato, Filliuc. tom. 1. tr. 8. cap. 10. n. 2. 1. Castrum Palum c. 10. n. 12. Leonem de Inibl. part. 19. 6. n. 2. 8. Fabrimum de Inibl. c. 2. Pollachum de Inibl. f. 43. n. 3. 2. Benzonium de Inibl. a. lib. 4. c. 8. dub. 9. Quartum de Inibl. c. 3. punct. 1. dub. 4. Faustum de Inibl. lib. 3. q. 7. 8. Zetalam in praxi Episc. part. 2. verb. Annus Santius q. 4. Fragorum de Republica Christiana tom. 2. l. 2. disp. 5. §. 1. 1. 4. Layman in theol. mor. lib. 5. tr. 7. c. 8. n. 1. & 2. cum aliis.

In indice primo huins Tom. 4. Vide Aplicem ad hunc Tract. 4. Vbi reperies alias paucas quest. mislas, & differas per alios Tom. Tract. & Resqua simul pertinens ad hunc Tract. 4. de Iniblao.

## TRACTATVS QVINTVS DE INDVLGENTIIS.

### RESOLVTIO PRIMA.

*An causa Indulgencia non solum debet esse pia, sed proportionata?* Ex p. 5. tr. 12. Ref. 10.

Sup. hoc  
lege doctr.  
Ref. seq.

§. 1. **D**eo præstantissimi Theologi Societatis Jesu negotiua sententiam docent, & hi sunt Reginaldus in praxi t. 1. lib. 7. c. 12. n. 137. & Gregor. de Valent. tom. 4. disput. 7. quest. 20. punct. 4. vbi probat quod ut Indulgencia valeat, sufficere quamcumque causam piam, atque adeo eam valere absolute tantum, quantum sonat, quamvis fieri quidem possit, ut qui concedit maximas Indulgencias propter causas minimas, peccat quandoque ex quadam indiscretione, & forte etiam ratione aliquius scandali maximè si ea res contingat venire in contemptum Indulgenciarum. Et pro hac firmanda opinione Valentia multos adduct Doctores videlicet Durandum, Alexandrum de Ales, Gabrielen, D. Antoninum, Sylvestrum, Paludanum, & teste Corduba, omnes ferè Thomistæ, & ratio est primò, quia sàpè eadem Indulgencia pro causis admodum differentibus conceduntur: nec id à Pontificibus temere fieri præsumendum est. Secundum minimum gloriam diuinam que ex opere quamcumque pio & utili fideli redit, longe pluris faciunt Christus & Sancti, quam quolibet opus satisfactorium, ut præcisè satisfactorium est, quale ad pœnam temporalem soluendam requiritur.

2. Sed his non obstantibus contrariam sententiam docent Suarez tom. 4. disput. 54. f. 3. numero 5. Henriquez lib. 7. cap. 14. num. 1. 3. Cominch de Sacram. disp. 1. 2. dub. 6. conclus. 2. Layman lib. 7. tract. 7. cap. 5. num. 1. Bellarmin. lib. 1. de Indulgenc. cap. 12. Granadus in 3. part. controvers. 12. tract. 3. disp. ... num. 5. Præpositus in 3. part. quest. 14. de Indulgenc. dub. 8. numero 6. 2. Tannerus tom. 4. disp. 6. quest. 8. dub. 4. numero 8. 5. Sotus in 4. disp. 2. 1. quest. 2. art. 2. Caietanus de Indulgenc.

tract. 9. quest. 1. Sylvius in 3. part. quest. 25. art. 2. queritur 1. concl. 2. Filliulus tom. 1. tract. 8. cap. 5. num. 113. Ludovicus à Cruz in Bull. Cruc. disp. 1. cap. 8. dub. 9. numero 1. & alij penes ipsos. Et ratio est primo, quia ad valorem Indulgenciae necessaria est causa iusta, ut autem iusta sit, debet esse vel ad aquata, vel proportionata: iustum enim non est nisi quod aliquis modo adquatur, vel proportionatur rei ergo, &c. Alias rationes videbis apud Authores citatos, quibus addo Tannerm tom. 4. disp. 6. q. 8. dub. 4. num. 84. Sylvium in addit. ad 3. part. q. 2. art. 2. queritur 2. Philippum de la Cruz in Thesaur. Ecclesi. tract. 1. §. 6. numero 5. & Philippum Fabrum de pœnitent. in 4. sentent. disp. 19. quest. 1. disp. 8. cap. 3. num. 278.

3. Quid ego sentiam dicam breuiter. Secunda opinio est communior & probabilior, primam autem patto etiam probabilem esse cum Villalobos in somma tom. 1. tract. 26. difficult. 8. num. 6. quam ex Neoterici, præter Valentiam & Reginaldum ubi sopra, tener Bacina de Sacram. disp. 7. quest. 1. punct. 4. num. 5. & ut verum fatetur, hinc sententia facit D. Thom. in supplement. q. 25. art. 3. vbi sic ait. Quæcumque causa adit quæ in utilitatem Ecclesie & honorum Dei vergat, sufficiens est ratio Indulgencie facienti, & ideo dicendum, quod Indulgencie simpliciter tantum valent, quantum prædicantur, dummodo ex parte dantis se authoritas, & ex parte recipientis charitas, & ex parte causæ pietas. Ita S. Doctor & prius reicerat opinionem dicentium non sufficere quamlibet causam piam ad cuiusvis Indulgenciae valorem.

4. Nec definam hic apponere verba Emanuels S. post Romanam correctionem, ver. Indulgencia 1. vñ sic asserit. Indulgencie etiam sine causa datum vivere, quidam aiunt, alij non solum iustum causam requiri, sed & Indulgencie proportionatam, ego de Indulgencia à Papa data non censco quicquam dubitandum. Ita ille.

RESOL

## RESOL. II.

An mensura certitudinis, & efficacitatis concessionis Indulgentiarum sit a causa finali?  
Etiam semper exigatur opus pium ad lucrandam Indulgenciam pro viuis?  
Ex quo detinatur, quod Pontifex potest alicui de Ecclesie benemerito impetrari sine iniunctione ullius operis Indulgenciam eo fine, ut alios ad similia merita excede.  
Etiam valeat Indulgencia, & si causa, ob quam data fuit non sit omnino sufficiens, modo Pontifex prudenter simus esse sufficientem? Ex part. 10. tr. 16. & Misc. 6. Resol. 3.

**A**firmariue responder P. Pasqualigus, *de c. 494. num. 5.* vbi sic ait: Aduertendum est, quod alia est causa impulsiva concedendi Indulgencias, & alia causa finalis, ob quam conceduntur. Causam impulsivam est illa, que facit ut Pontifex hinc & nunc intendat finem Indulgentiarum, atque ex tali intentione mouetur ad concedendas Indulgencias. Causa vero finalis est illa, ob quam conceduntur; quia semper eadem est; quia semper Pontifex concedit in eum finem, vt habeant homines unde satisfaciant propensis debitis sibi ob peccata. Causa vero impulsiva potest esse diuera; quia modo una occurrit modo alia; & non est finis Indulgentiae, sed occasio concessiois; cum Pontifex sumat ab ipsa occasionem concedendi. Mensura autem certitudinis, & efficacitatis concessionis non sumitur ex causa impulsiva, sed ex causa finali; quia cum finalis sit principium agendi, debet alio menstar per ipsum: cum enim exeat ab agente ex vi motionis, finis, erit talis, qualis exigitur a fine, atque adeo secundum mensuram illius. Hinc cum finis Indulgentiarum, sit semper idem, & si ille, pro quo sunt instituta a Christo, nempe satisfactione propensis debitis peccato, semper concessio ipsarum erit a Pontifice secundum eandem efficacitatem; nec dubitabit, quod causa impulsiva sit leuis, vel gravis. Ita Pasqualigus.

**2.** Sed aduersus illum infurgit nouissime Pater Goran *Thesaurus de Indulgentiis*, part. 1. cap. 7. quæst. 27. num. 87. sic afferens: Illa iusta causa, que requiritur ad valorem Indulgentiae, debet esse distincta a generali causa finali Indulgentiarum, quæ est, vt in promulgatione habemamus, unde pro nostris peccatis satisfacimus Deo. Ita docent omnes Theologii, teste Cardinales de Lugo num. 139. contra Zachariam Pasqualigum, qui in suis *Decisionibus moralibus*, decisi. 494. constanter tenet, nullo pro se citato Auctore. Probatur hoc communis doctrina, quia si ad valorem Indulgentiae non requiritur alia causa, quam vt per Indulgentiae acquisitionem habeam Christiani, unde post illius pecatis satisfaciam; sequitur, quod Pontificis potius singularis, vt ita dicam momentis, omnibus Christianis, in statu gratiae constitutis, remittere omnem reatum penae debitam, pro peccatis quibuscumque dimissis, & quod itidem possit singularis momentis vacare totum Purgatorium; atque hoc virumque etiatis siensissimum ab opinione, & persuasione Fidelium, nominatus S. Thomas d. 45. quæst. 2. art. 2. Accedit, quod licet causa finalis dispensatio in voto, sit esse liberum ab obligatione voti, ut tamen haec dispensatio sit valida, requiratur alia causa; ita etiam licet causa finalis Indulgentiae sit esse liberum ab obligatione ad subeundam penam, necessaria est ad valorem Indulgentiae alia causa, quam indicat Pasqualigus,

qui quidem suam sententiam probat in confirmatione, has scilicet, quod tunc valeat Indulgencia, adeoque sufficiens illius impetranda causa habeatur, quando conceditur secundum institutionem Christi, atque conceditur semper secundum institutionem Christi, quando conceditur eo fine, ut Christiani satisfaciant pro peccatis. Huius rationis, & rationacionis minor propositio tam parum est absolute vera, quam parum verum est; tunc semper secundum institutionem Christi, & confici, conferrique Sacra menta, & vota dispensari, quando conficiuntur, conferuntur, dispensantur in eum finem, in quem Christus Dominus iussit confici, confici, dispensari. Hucusque Gobat.

**3.** Et quidem si opinio Pasqualigi esset vera, a multis scrupulis immunes essemus circa causam iustam concedendi Indulgencias; nam semper securi essemus de iusta causa Indulgentiarum: sed quia communis opinio Doctorum est in contrarium; nam supponunt posse Pontifices concedere Indulgencias ex causa improportionata; ideo non videtur discedendum à sententia Patris Gobat viri doctissimi, & amicissimi. Obserua tamen cum Gerson in *Opusculo de Indulgentiis*, confid. 9. in causa distributionis Indulgentialium, non requiri certam, & evidentem causam notitiam, & idcirco, non esse disputandum, aut altercandum de ea: Sufficit enim estimatio (inquit) & probabilis conjectura: Quemadmodum in distributione thesauri materialis de Fisco Regio, & Ecclesiastico, Papa vel Rex, vel alius attenderet. Quare indulgentiarum concessio (vt idem ait, confid. 12.) non est partuendenda, seu contempnenda, sed amplectenda deuote in fide, spe, & charitate Domini nostri Iesu Christi; qui potestatem talium Clauium Ecclesiasticarum dedit hominibus. Constat enim (air) quod fructuoshor, & acceptabilior est Deo & hominibus operatio talibus innitens Indulgentiis, quam altera ceteris paribus non innitens. Et subiungit: Consilium (air) solum & sanum est, quod absque curiosa discussione de praecisa, vel evidenti, & certa qualificatione, seu mensuratione huiusmodi Indulgentiarum, studeat homo prius tales acquirere, secundum qualitatem suae vocationis: Pondus autem valoris illi relinquere, qui omnia facit, & fecit in numero, pondere, & mensura. Ita Gerson.

**4.** Et non deseram hic apponere verba Merchant, in *Tribus. Sacrament. tomo tertio, tractatu quinto, titulo secundo, questione quarta*, vbi sic ait: Addo pro consolatione Fidelium ex D. Bonaventura in 4. dict. 20. Quod licet homo non faciat in indulgentia secundum quod cum deceat, propterea tamen non debet dimittere, quia faciat illud secundum quod sibi placet; quia licet non habeat totum de Indulgentia illa, plus tamen habebit de remissione penae pro tali facto, quam habebit pro alio simili ceteris paribus, vbi non datur talis Indulgentia. Ratio huius dicti mea est; quia opera imposita a Vicario Christi vel Potestate habente ad Indulgencias promerendas, iam potestate Clauium elevata singulatiter confentur ad penarum in iudicio Dei debitaram remissionem: unde qui ex motu, & in fide Ecclesie ea facit, sine dubio penarum aliquam remissionem operibus istis sic potestate Clauium elevatis ratione elevationis correspondentem, ultra ordinariam satisfactionem operi debitam, sibi lateratur. Et haec est piissima sententia, & in doctrina Theologica fundata, per quam etiam exponi possunt verba similia Pontificum, si quæ in Bullis vel Doctoribus reperiantur: Quod qui amplius facit in operibus